

de suo isthinc recessu venerabilis frater episcopus Aquensis¹ deliberaturus esset, sed que XVIII ejusdem scripte fuerunt sublata ambiguitate huiusmodi nos non mediocri letitia affecerunt. Declarant enim episcopum ipsum rationibus tuis veris prudentissimisque adductum, consilium cepisse immorandi Venetiis, ut restitutionem civitatum, arcium et locorum S. R. E. persuadere Duci et Senatui possit. Itaque et episcopum ipsum, qui in hac re prudentiam singularem veramque ad nos sedemque apostolicam observantiam suam ostendit, plurimum in Domino commendamus et te quoque summopere laudamus, qui tanta prudentia et industria non solum eundem episcopum in procinctu discedendi retraxeris, sed etiam in Germaniam exquisitissima diligentia tam opportune scripseris, ab eodemque episcopo Aquensi scribi curaveris. Nos consilium tuum secuti scribimus ad conventum Germanie in eam sententiam, quam tu suades. Literas dilecto filio magistro Mariano de Bartolinis nostro illic oratori, mittimus et conditione, ut si absque offensione animi regie celsitudinis id fieri posse perspexerit, litteras nostras electoribus sacri Romani imperii reddat, easque ipse opportuna sequatur oratione, quo Veneti facilius ad restitutionem huiusmodi inducantur, cum intellexerint, non solum Romano regi, sed toti inclite nationi Germaniae id cure et cordi esse; reliqua que in dies audis et scrutaris libenter cognovimus, et ut in posterum idem facias, exhortamur. Episcopo Aquensi predicto, ut etiam suades, scribimus² et litterarum exemplum mittimus his acclusum. Res tue nobis curę sunt. Datum Rome apud S. Petrum die XXVIII. Julii 1504. Pontificatus nostri anno primo.

Conc. Lib. brev. 22, f. 126b. Archivio segreto pontificio.

79. Papa Giulio II ad Angelo Leonini, vescovo di Tivoli, nunzio a Venezia.³

Frascati, 12 settembre 1504.

«Episcopo Tiburtino Venetiis... oratori. Vidimus litteras dilecti filii Mariani de Bartolinis... ad te et tuas ad nos... Grata est nobis» la vostra mutua fiducia. «Negotium venerabilis fratris Ludovici episcopi Aquensis, quod nobis commendasti, cordi habebimus, prout ad eum nunc scribimus. Cetera, que significasti, gratissima nobis fuere, presertim de licentia trium milium salmarum grani pro Imolensibus impetrata; sed et alii populi provincie nostre Romandiole simili licentia indigent...»

Datum Frascati die XII. Septembris 1504».

Conc. Lib. brev. 22, f. 176b. Archivio segreto pontificio.

¹ Cfr. sopra p. 1096, n. 1.

² La lettera al vescovo di Acqui, ambasciatore imperiale a Venezia, in cui Giulio II lo loda perchè rimane ecc., sta in *Lib. brev. 22, fol. 173b.*

³ Cfr. sopra p. 699.